



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

4. Caroli Magni Imperatoris Diploma Datum Paderbornæ, Anno Regni eius
XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

Ecclesiasticas, Deo donante, cum protectione augmentamus. Proinde Ego Pipinus gratia Dei Rex Francorum, omnibus Regibus in æternum futuris in hoc testamento denuntio, me habere sub potestate Regali quoddam Monasterium, vbi Sanctus Maximinus Dei Præsul est corpore sepultus, constructum videlicet in suburbio Treuiris, atque dedicatum in honore Sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ. Quod Monasterium cum thesauro, atque totâ Abbatiâ sub illius loci Abbate semper constare præcipio, quia per antecedentia tempora à Regibus ita constitutum esse repertum teneo. Quapropter hunc præsentem Abbatem Vtilradum, & omnes Abbates post eum futuros, de eodem loco simul cum Monachis, & Abbatiâ sub Regum Mundiburdio in secula manere decerno: vt ab omni inquietudine expediti, Deo valeant seruire cum gaudio spiritali. Electionem quoque Abbatis supradictis Monachis concedo: vt habeant potestatem eligendi quemcunque, siue quocunque voluerint, eâ ratione, vt regulam cum sibi subiectis custodiat. Si quis autem, quod absit, hanc eam infringere voluerit, vel eiusdem loci familiæ vllam molestiam in aliquâ re intulerit contra voluntatem Abbatis, iram Dei incurrat, ac Regiæ Maiestati reus omni tempore teneatur. Et vt hæc descriptio firma sit, annulo sigillare eam iussimus nostro. Adalolfus resignauit. Datum (quod fecit mensis Ianuarii) in publico Palatio Moguntia decimo quarto regni nostri Anno feliciter.



4.

*Caroli Magni Imperatoris Diploma Datum Paderborne,
Anno Regni eius XL.*

a quomodo
b Carolus
c ac

c abbatiam
+ constituta
d reperi

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Notum sit omnibus in Christum fideliter credentibus Regibus, Episcopis, Ducibus, quod ego Karolus gratia Dei Rex Francorum, Longobardorum, & Patriarchus Romanorum pro remedio animæ meæ atque stabilitate Regni nostri Sanctorum Monasteria sub meo regimine constituta taliter volo per successiones temporum manere illæsa, qualiter per Antecessoris mei Priuilegia inueni esse firmata. Proinde quia Abbatiam S. Maximini in Priuilegio mei genitoris Pipini sub ipsius Mundiburdio repperi, Ego quoque delibero testamentum facere, per quod ipse locus atque Monachi ibi conuersantes sub nostra defensione cum quiete

valeant

valeant vivere & orationi vacare. Quapropter Werinolfo Abbati de eodem Monasterio supradicti Confessoris Christi, quod est constitutum in suburbio Treuiris, atque dedicatum in honore S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ, monachisque in eodem loco Christo famulantibus regali autoritate seu potestate concedimus, vt habeant in secula post nos futura, liberam potestatem eligendi Abbatem inter ipsos monachos, si autem ibi non poterit inueniri, eligant sibi, vbicunque voluerint. Insuper nostra præceptione constituimus, atque inconuulsè firmamus, vt nullus Regum nobis succedentium, vel alia persona aliqua contra eundem locum, vel monachos in totâ Abbatiâ vllam potestatem exercere præsumat, nec telonium vsquam à nauibus eorum exigat, seu placitum teneat, sine iussione & petitione Abbatis, sed securè & cum pace maneat locus ille sub nostro, & successorum nostrorum Mundiburdio. Et vt istius chartæ autoritas firmiter per tempora habeatur, nostræ manus signaculis eam affirmare decreuimus, & annulo nostro firmari iussimus.

Signum Karoli Gloriosissimi Regis.
 Rado relegi. Data mense Augusto
 Quadragesimo anno Regni nostri.
 F Acta Padreburnæ Fisco nostro, super
 ipsa.



0
7

5.

Ludouici Pij Imperatoris Diploma Datum in Longolano,
 Anno Regni eius IX.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ludouicus diuinâ propitiante clementiâ Imperator Augustus. Vniuersis Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus seu omnibus publicæ rei seruientibus tam præsentibus, quam & futuris notum sit, quoniam insignis Vir & Abbas Elysachar de Monasterio S. Maximini, vbi ipse requiescit, quod dedicatum est in honore S. Ioannis Euangelistæ in Ciuitate, quæ dicitur Treuiris, attulit nostræ Regalitati quoddam Priuilegium Senioris & Patris nostri Karoli bonæ recordationis atque Excellentissimi Imperatoris, in quo suâ beneuolâ largitate denotatum fuit, qualiter supradicto Monasterio & Monachis in eo pro regni nostri saluatione Deo se-

Bb 3

dulò

e Treueris
 + Sancti Joannis

y secula
 h potest

i abbatia
 & thelonium

f firmior

+ XI
 Fata
 Patrestronna